**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 213**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 27.



3

Comentar: in Cant: Cantic: 199a–203b

Commentarius brevis in Cantica Canticorum, in quo singula verba B. V. Mariae adaptantur. Incipit: "Gloriosa virgo maria typum ecclesie gerit; hac quadam praefatiuncula est; opus ipsum inchoatur: Osculetur me &c. Quem reges prophete non meruerunt videre! In fine: Hec de canticis dicta sufficiant.

4.

Tractatus de IV Virtutibus Cardinalibus. 204a–205b

Tractatus brevis de IV. virtutibus cardinalibus. Initium est: "Quatuor virtutes sunt cardinales – multorum sapientum sentenciis diffinite."

# Cod: CCXIII.

Chartac: Fol: Saec: 13. 2 5.6.

1.

Ivoneti Suma de Secta Waldensium. 1a–5a

Ivoneti Summa de Secta Waldensium. Rubricam praesefert satis ineptam: "Tractatulus Valdensium de hereticorum conversacione." Incipit: "Ortus illius Secte que dicitur pauperes de Lugduno sicut a diversis audivi et a quibusdam ipsorum qui ad fidem conversi dum eorum interessem examinacionibus: sic se fertur habuisse." Exhibet hanc Sumam Martene in Thesau: Anecdot: T. V. Col: 1777. sub titulo: Tractatus de haeresi Pauperum de Lugduno auctore anonymo. Convenit

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 213**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 28.



maximam partem cum Ms: nostro, nisi quod hoc ad finem quædam habeat de Susceptio,ne inter hæreticos, quæ in editione deside,rantur, et lacuna (: Col 1786 :) ex Ms: comple,atur. Auctorem vero, qui Martenio ano,nymus erat, edoctus sum a translatore Teutonico Laurentii Moshemii Kirchengesch: des N. T. 2. Th: 12. Jahrh: 5. Hauptst: § 11. in der Anmerk: C, ubi dicit: Daß diese Schrift die Summa des Yvonetus, eines un,ter den P: Gregorius X. lebenden Domini,taners sey, deren Franz Pegna in Directo,rio Inquisitorum Eymerici gedenket (a) beweiset d'Argentre l: c: S: 84." Ex quibus Quetif corrigi potest T. I. p: 483 seq: putans Ivonetum eundem esse cum Joan,ne de Moneta ejusdem Ord: qui summam quoque contra Catharos, et Walden,ses libris V distinctam construxit: nam hæc longe alia est a nostra Ivoneti, ut conferenti utramque patebit.

(a) Vide Tract: juris T. XI. part: II. i. e. Vol. XVI. p. 410.

Vid. Car. Du Plessis d'Argentré collectio judiciorum &c. T. I. p. 84. et 95. Vid. Etiam Eymerici Directorium Inquisitorum pag. 279.

2.

Innocentii IV. Sum̄a casuum pœnitentiæ.

6a–108a

Innocentii IV. Sum̄a casuum pœniten,tiæ, quæ incipit: "Cum miseraciones do,mini &c: Extat sæpius in præcedenti,bus codicibus. In fine additum est: "Ex,plicit Sum̄a Inocencii Johañis dictus Rumph presbyteri de Weytra per propri,as manus scriptam anno ab incarnacione domini Quadringentesimo (: 1400 :) In die Sancte Barbare Virgĩ."

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 213**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 29.





3

Petri de Pilichdorf Liber contra Waldenses.

108b – 133a

Petri de Pilichdorf Liber contra Waldenses. Rubrum est: "Incipit Tractatus Waldensium hereticorum; "Initium vero:" Cum dormirent homines venit inimicus ejus, et superseminavit zizania in medio tritici sicut scribitur Mt. XIIIº. Licet Dominus et Salvator noster Dominus Jesus Xtus." Auctorem hujus tractatus prodidit Codex ms: Tegernseensis, quem nactus est Gretserus, dum praesens opus primus prelo submitteret. Extat inter ejus opera T. XII. part: 2. recusum est in Bibl: max: P. P. Lugdun: T. XXV. pag: 277.

Petrus de Pilichdorf, seu Pilichdorfius Germanus, doctor Theologiae, et professor floruit ao 1444. Fabric: Bibl. med: & inf: lat: T. V. pag: 272.

4

Honorii III. Bulla Confirmat: Ord. Fr. Min: S. Francisci.

133a – 134b

Honorii III. Bulla Confirmationis Ord: Fr: Minorum S. Francisci data ao 1223. Incipit: "Honorius &c: Solet annuere sedes apostolica pijs votis et honestis petencium desiderijs." Immixta est huic bullae integra S. Francisci regula duodecim constans capitulis, eodem modo, quo eam exhibet Waddingus in annal: Min: T. II. p: 70.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 213

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27549

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)